

**401** imperatori Caesari divi Marci Antonini Pii Germanici | Sarmatici filio, divi Pii nepoti, divi Hadriani pronepoti, | divi Traiani Parthici abnepoti, divi Nervae adnepoti | L. Aelio Aurelio Commodo Augusto Sarmatico | Germanico maximo Brittanico<sup>1</sup> pontifici maximo, tribuniciae | potestat. XVIII, imperat. VIII, consuli VII, patri patriae.

*Romae in mausoleo Hadriani (cf. ad N. 322), descripta reperitur in vetere codice Einsidensi (saec. IX) et postea saec. XIV—XVI; postea perit (VI 992). — Est titulus sepulcralis Commodi, intersecti a. 192 nocte quae kal. Ianuarias praecessit; corpus eius monumento Hadriani inlatum esse iussu Pertinacis ait biographus Commodi 17, 4. — 1) Adsunt agnomina ex bellis victoriisque derivata; nomina pacatoris orbis, Felicis, Invicti, Romani Herculis, quae Commodus vel primus vel solus sibi tribuit, omissa.*

---

**402** <divo Comm[odo]><sup>1</sup> | M. Valerius Maximianus<sup>2</sup> leg. [Aug. pr. pr.] | d. d.

*Verecundae (prope Lambaesim) rep. (VIII 4212). — 1) Commodi nomen scriptum est in spatio depresso, scilicet primum erasum (post mortem Commodi), postea restitutum (cum Severus Commodum consecrasset fratremque nuncupassel) addito divi vocabulo. — 2) Legatus Numidiae fuit sub Commodo (Eph. 5, 765).*

**403** divo Commodo | Aug. poutif. max., trib. | pot., cos., d. d.

*In Campania, Abellini ut videtur (X 1116 ad apographum Smetii).*

---

**404** divo Commodo | fratri | imp. Caes. L. Septimi | Severi Pii | Pertinacis Aug., | praepositus Crescens, | scribae Fortunatianus, | Felicianus, Quintio, | Eutyches, Philumenus.

*Romae (VI 1025, descr. Smetius).*

---

**405** Crispinae | Aug. | <imp. Caes. | L. Aeli Au[reli] Com[modi] Aug. coniugi<sup>1</sup>⟩<sup>1</sup>, | d. d. p. p.

*Thamugadi Numidiae (VIII 2566). Titulus positus ante a. 183, quo Crispina in exilium acta et mox imperfecta est. — 1) Quae uncis <> inclusi, in litura reposita sunt. Videtur autem scriptor reposuisse non ea nomina quibus Commodus usus erat cum titulus positus est, sed ea quibus usus est sub finem vitae.*

---

**406** Marciae Aurel. | Ceioniae Deme|triadi<sup>1</sup>, stolatae | feminae<sup>2</sup>, ob dedicationem | thermarum, quas post multum temporis ad pristinam | faciem suis sumptibus restau[raverunt]<sup>3</sup>, s. p. q. Anagnin. | statuam ponendam censuerunt; | o[b] cuius dedicationim (sic) dedit decurionibus X V<sup>4</sup>, sivir. (sic) X II, popul. X sing., | et epulum sufficiens omnib.

*Anagniae (X 5918). Una extat similis titulus M. Aurelii Sabiniani Augustorum duorum liberti (X 5717). — 1) Probabiliter coniecit Mommsen hanc esse Marciam concubinam Commodi, quae postea interficiendum eum curavit (Dio 72, 4; 22. vit. Comm. 8. 11. 17. vit. Pert. 5), eam enim libertini generis fuisse narrat epitome Victoris 17, haec autem filia videtur fuisse Sabiniani Augustorum duorum liberti cuius titulus gemellus una extat. — 2) De stolatae feminae appellatione cf. Marquardt Privatleben ed. 2 p. 573. — 3) Thermas restauraverunt Marcia et is cuius titulus intacta stabat Sabinianus. — 4) Denarios quinos.*